

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Disputationum Philosophicarum Octava continens Regulas X. circa doctrinam Causae Finalis Respondente publice Johanne Gerwingio Altenburgensi Misnico

urn:nbn:de:bsz:31-102400

per accidens est, ad gravitatem lapidis refert, tanquam ad causam per se, hoc ipso etiam illata causam per accidens ad causam per se reducis.

Disputationum Philosophicarum

OCTAVA

continens

REGULAS X.

circa doctrinam

CAUSÆ FINALIS

RESPONDENTE

publicè

JOHANNE GERWINGIO

Altenburgensi Misnico,

REGULA I.

Omnis finis est bonum quid.

I.

Significat hoc Aristoteles *I. Eth. c. I. & VII. II. Phys. c. II. & III. I. Polit. c. II. V. Metaph. c. II. & multis aliis locis.* Et pertinet huc illud vulgatum: *Nemo insensens ad malem operatur.*

II. Sed obstare videtur I, quòd quamplurimi reperiantur, quorum finis sunt voluptates *Φαύλαι & ἐπνεϊδισοι*, improbæ & probrosæ. Τὸ δὲ ἀγαθὸν ἐδέποτε ἐν Φαυλότητι ἔστι. *II. Magn. Moral. c. VI. Improbitas nunquam bonum admittit.* Sic cum avarus omnem lapidem movet, ut altius

ius

rius possessionibus locupletetur, bonum certè finem sibi propositum non habet.

III. II. Non vivere, vel non esse, appetitur & intenditur ab iis, qui manus sibi inferunt violentas. At id bonum non est, cùm nihil sit aliud, quàm privatio boni.

IV. Dicendam, malum appeti & esse finem, bifariam posse intelligi: vel ut malum sumitur, materialiter, pro re, quæ mala est; vel, ut sumitur formaliter, & quatenus est malum. Priori modo conceditur illa locutio. Appetuntur certè ea, quæ mala sunt, à multis, eorumque fines sunt. Et hoc condit argumentum §. II. neque id nostræ adversatur Regula. In posteriori enim sensu accipienda est. Quicquid finis alicujus est, non quatenus malum, finis est, sed quatenus bonum; si non ut bonum morale aut honestum, tamen ut physicè bonum, aut ut jactandum; si non ut verum bonum, tamen ut *Φαινόμενον*. Ita sanè Philosophus ipse cit. cap. II. Phys. & V. Metaphys. τὸ γὰρ ἔνεκα βέλτιον καὶ τέλος τῶν ἀλλῶν ἐστὶ εἶναι, διαφέρει δὲ μηδὲν αὐτὸ εἶναι ἀγαθόν, καὶ φαίνόμενον ἀγαθόν: h. e. id, cuius gratiâ, debet esse optimū & ceterorū finis, sed nihil interest, utrum dicamus, ipsū finē esse bonū, aut videri bonū. Confer, t. 52. L. III. de animâ & t. 36. L. XII. Met. c. X. L. II. Eiusdē. I. Polit. c. I. Imprimis autē c. IV. L. II. Ethic. Sic qui captus ab hostibus redimendæ vitæ causâ patriam prœdit, finem illum appetit, & propter

pter eum
sub ratio
sicè boni
mum fla
profund
sibi hom
sunt. A
nus inju
optimu
amplissi

V. S
lum, ut
ra. II. N
videtur
malum

VI.
tūm ad
nostræ
malum
posim
contra
posim
num al
trarieta
velimu
aliquar

VII
randus
confiss

pter eum prodicionem, non sub ratione mali, sed sub ratione boni, quatenus vitam conservat. Physicè bonum est, & melius ille esse judicat per summum flagitium vitam retinere, quàm honestè profunderè. Voluptates prohibitas mancipant sibi homines per hoc, quod inhonestæ & malæ sunt. Avarus inhiat alterius opibus, non quatenus injustum id est, sed quatenus omnium rerum optimum esse arbitratur, rem familiarem habere amplissimam.

V. Sed inquis: Si nemo potest appetere malum, ut malum, I. voluntas nostra non erit libera. II. Non dabitur peccatum ex malitiâ, quia hæc videtur esse natura hujus peccati, quod quis velit malum sub ratione mali.

VI. Verùm consequentia negatur. Nam quantum ad primum membrum, libertas voluntatis nostræ non consistit in hoc, quod possumus velle malum sub ratione mali, sed quòd aliquam rem possumus velle & non velle, quæ dicitur libertas contradictionis & exercitii; quod eandem rem possumus velle & nolle, aut pluribus oblati unum alteri præferre, quæ vocatur libertas contrarietatis & quoad speciem actus, quamvis nihil velimus aut appetamus, nisi ut bonum est, aut aliquam ejus speciem habet.

VII. Quantum ad secundum, responderet Durandus II. d. XLIII. q. I. peccatum ex malitiâ nõ consistere in hoc, quod aliquis velit malum sub ratio-

ratione mali, sed in hoc, quod aliquis sciens, aliquid esse inhonestum & contra legem Dei, illud tamen velit sub ratione aliquâ jucunditatis vel utilitatis, nullâ victus perturbationis vehementiâ, absorbente judicium rationis, judicans, melius esse legem Dei transgredi, quam utilitate illâ vel voluptate privari.

II. Ad illud, quod §. III. objiciebatur, dicimus, quando quis animum habet mortem sibi consciscendi, tùm mors vel non vivere est privatio, non tantum boni, nempe vitæ, sed etiam mali alicujus, (quatenus malum aliquod, v. g. exquisitissima tormenta, quibus se destinatum esse novit morte evitat) quod majus est, vel saltem majus esse judicatur, & hoc modo induit rationem boni. Nam ut Philosophus habet *V. Eth. c. I. minus de malis bonum quodammodo esse videtur*. Et *ἡδὺ ἡγὶ τὸ κακόν, jucundum est etiam, non habere malum, I. Rhetor c. XI.* Addit autem Suarez, carentiam boni, ut vitæ, non apperi, nec esse finem nisi in virtute alicujus boni positivi, sicut ipse loquitur: quemadmodum qui magnis cruciatibus se subjectum iri intelligit, mavult non esse, quàm esse propter seipsum: Cupit enim se subtrahere tantis doloribus.

IX. Ex his non difficile est judicium ferre de sententiâ Occhami; qui *III. sent. q. XIII. ad dub. III. non veretur scribere, voluntatem velle malum quod nec reverâ bonum sit, nec apparenter.* Vis argu-

argumentum
velle id,
ut si quis
acceptam
potest ve
parenter.

X. Ub

dente Oc
existimat
intellectu
sit reverâ
Philosop
I. L. I. M.
χάριτι πρὸς
bonum est
unt. Ali
reverâ b
verbis A
ductis.

XI,

Occham
cùm id,
judicatu
apparen
vitæ, au
causâ, à
Id verè
pli mal
legi di

argu-

argumenti ejus in hoc consistit: Voluntas potest velle id, quod est malum reverâ & apparenter, ut si quis defectâ religione, quam sanctism & Deo acceptam esse credit, Dæmones sequatur. Ergo potest velle, quod nec reverâ est bonum, nec apparenter.

X. Ubi videmus, bonum apparens in antecedente Occhamo omne id dici, quod judicatur aut existimatur esse bonum, sive existimetur sic ab intellectu rectè judicante, sive aberrante, h. e. sive sit reverâ quoque bonum, sive non: quomodo Philosophus quoque sumit III. *Eth.*, c. V. & cit. I. L. I. *Polit.* ubi dicit: *Ἐ ἐμὰ δοκῶν ὁ ἀγαθὸς χάρη πῶς τε παρὰ τὸν πᾶντες*; ejus gratiâ, quod bonum esse videtur vel apparet, omnes omnia faciunt. Aliàs sumitur presius, ut opponitur ei, quod reverâ bonum est, ut quoque accipi videtur in verbis Aristotelis §. IV. ex c. III. lib. II. *Phys.* ad ductis.

XI. Jam dico, in enthymemate pro opinione Occhami proposito nullam esse consequentiam; cum id, quod & reverâ malum est, apparet sive judicatur quoq; malum, possit simul aliâ ratione apparere & censei bonum, ut si quis servandæ vitæ, aut consequendorum magnorum honorum causâ, à vero Dei cultu ad idololatriam desciscat; Id verè malum esse, nullum est dubium. Sed & ipsi malum esse apparet. Novit enim, voluntati & legi divinæ directè adversari. Apparet autem &

bonum, quatenus videt, eo se vitam redimere, aut ad summum dignitatis gradum ascendere posse; quæ quidem ipse vero Dei cultui præfert & pro majoribus ducit bonis.

REGULA II.

Finis melior est mediis ad finem.

I. Vel quod eodem recidit, propter quod aliquid expeditur, melius est eò, quod propter ipsum expeditur. III. Top. c. I. I. Eth. c. V. I. Magn. Mor. cap. II. VII. Pol. c. I. ut fanitas medicamentis, victoria prælio, portus navigatione melior est. *οἱ χαρῆντες καὶ πρᾶξιλοι* ait, Aristoteles, honores appetunt propter virtutem, ut nimirum se ipsos probos & virtute præditos esse probent. Virtus igitur ex eorum sententiâ est melior, & per consequens summum bonum in honore ab illis constitui nequit.

II. Ratio autem Regulæ potest assignari hæc: Quicquid appetibile est, bonum est, ut passim Aristoteles, cum appetibile vel sit ratio formalis boni vel tanquam proprium *πρὸς* eam sequatur. Ergo quod magis est appetibile, est magis bonum, juxta illud: *sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis*. At finis est magis appetibilis, quàm media, quia propter ipsum media appetuntur. Sed propter quod unumquodque tale est, illud magis tale est.

III. Sed objicitur I. Sunt, qui bonarum literarum studiis incumbunt, aut in bello egregiè rem gerunt, aliasve præstantissimas functiones obeunt, nullam

nullam a
aut ad sum
tè mediis

IV. II.

quus exp
gotia don
motus, m
tiores esse

V. III.

peratio, c
ratio, aut
ctione. I.
ipso hor

VI. IV.

vidant d
terram, q

VII. A

perfectio
tus, & ju
ordinari
imperfec
sum, & à
ram pos
mentem
spatans,
poris &
quod hæ
mnes be
beant p
argumes

nullam aliam ob causam, quàm ut inde ditefcant aut ad summas dignitates evehantur, qui fines certè mediis illis deteriores sunt.

IV. II. Ferræ finis est sectio, oculi videre, equus expetitur ad iter, servus ad expedienda negotia domestica. Hos fines, tanquàm actiones aut motus, mediis illis, tanquàm substantiis, præstantiores esse absurdum est.

V. III. Imò ipsius hominis finis est aliqua operatio, quandoquidem quorum est aliqua operatio, aut functio, eorum finis consistit in illâ functione. *I. Eth. c. VII.* Sed quâ operatio hominis ipso homine sit nobilior?

VI. IV. Sol & Luna à Deo creata sunt, ut dividant diè & noctè, ut sint in signa, & illuminent terram, quæ omnia illis sunt longè ignobiliora.

VII. Ad I. respondet Suarez, causam finalem perfectiorem esse mediis, si ordo in finem sit rectus, & juxta institutionem naturæ; posse autem ordinari res perfectiores, etiam ipsum Deum, ad imperfectiores, sed illum ordinem esse perversum, & à rectâ ratione, & ab eo, quod naturæ rerum postulant, alienum. Quæ responsio est ad mentem Aristotelis *cit. c. I L. VII. Polit.* ubi disputans, bona animi præstantiora esse bonis corporis & fortunæ, inter alia hoc utitur argumento, quod hæc naturâ expetibilia sint propter illa & omnes bene sanæ mentis homines expetere hæc debeant propter illa, & non illa propter hæc. Quod argumentum nostra Regulâ niti, evidens est.

IX. Responderi quoque aliter potest, nempe quò modo quilibet finis dicitur bonum, eo modo etiam accipiendum esse, cum dicitur finis melior iis, quæ ad finem destinantur. At cum dicitur finem esse bonum, tùm id, quod reverà hujusmodi est, tùm quod apparet esse, intelligitur, quemadmodum *Reg. præc.* vidimus. Sic ergò dicendum, finem esse meliorem iis, quæ ad finem aut reverà, aut ratione illorum, qui ea ad finē referunt, quatenus scilicet isti melius quidem expetunt propter deterius, quod tamen pro meliori habent; sicut illi, qui rerum scientiæ vacant, aut in bello præclaram navant operam propter divitias aut honorem, divitias & honores dubio procul potiores esse censent.

IX. Quantum ad II. dicitur aliquid melius vel *πρωτότερον* bifariam, *ἀπλῶς, καὶ ὑμῖν*, absolute, sive in se & sua naturâ, & deinde nobis, sive respectu nostri, quia nobis est convenientius. V. g. Lupus naturâ suâ præstat panem, quia Lupus est substantia animata, sensu prædita; sed nobis panis est lupo melior. Et Aristoteles *L. VII. Pol. I.* ubi nulla distinctione utitur, docet, animam non naturâ tantùm esse meliorem, quàm corpus aut fortunam, sed & nobis. Sufficit, finem esse meliorem quàm media nobis, licet media in se sint præstantiora. Et hoc modo se habent illa, quæ in argumento afferuntur. Quò pertinet, quod scribit Aristoteles *I. Magn. c. III. nemo*, inquiens, *velit*

vis

*visum h
& oculus
cendum.*

lius & opt

X. Ad
ri posset,
esse dicit
ipio hom
sumitur,
nempe, h
ratione t
scit finis,
rari. Q
oculo, q
men ocu
deat, atq
bono est

XI. S
pe, aliud
pter fine
vel id, q
quod ali
Homo e
appetit,
non id, q

XII.
quoque.
lius esse
veniens

visum habere eâ lege, ut non videat, sed conniveat & oculus claudat. Idem de auditu ceterisque dicendum. Proinde quorum usus & habitus est, melius & operabilius eorum usus est habitus.

X. Ad III, ex sententiâ quorundam responderi posset, cum hominis finis aliqua ejus operatio esse dicitur, finem tum quoque esse nobilius quid ipso homine, non ut operatio per se & seorsum sumitur, sed ut simul comprehenditur subjectum, nempe, homo, ex quò tanquàm fine *cui*, & operatione tanquàm fine *cujus*, unus integer coalescit finis, qui est homo operans vel hominem operari. Quæ responsio etiam quadrat in illud de oculo, qui nobilior est actu videndi; quatenus tamen oculus eò destinatus est, ut ipsum animal videat, atq; ita finis ille & visio, & animal, cui illa bono est, cõplectitur, finis ille nobilior est oculo.

XI. Sed quid si aliter ita respondeamus, nempe, aliud est medium, vel id quod appetitur propter finem ab aliquò, aliud est agens primum, vel id, quod appetit aliquid. Regula finem eò, quod aliquid ejus gratiâ appetit, melius esse dicit. Homo est id, cujus est aliquis finis, & quod finem appetit, ut scientiam aut aliam aliquam *ἐπέπρωτα*, non id, quod propter finem appetitur.

XII. Sunt tamen & viri eruditissimi, qui id quoque, quod appetitur, eò, quod appetit, melius esse posse asserunt. Cùm enim non inconveniens sit, aliquid diversò respectu tum nobilius, tum

tum ignobilius esse, hominem e. g. tanquam substantiam, simpliciter & absolute nobiliorem scientia aliisque ejus operationibus, tanquam accidentibus, esse profitentes, secundum quid tamen ignobiliorem esse statuunt. Habet enim homo in se aliquid, quod est ratio appetendi aliquam, *ἐνέργειαν*, v. g. actum sciendi, illud est potentia ad scientiam, vel quod potentia est sciens, quod est ignobilius quid scientia ipsa, sicut homo potentia est ignobilior homine actu. Id igitur, quod appetitur, nobilius est ipso appetente, quoad id, quod appetenti est ratio appetitus: id verò est potentia.

XIII. Ad IV. respondetur: Finis Solis & Lunæ, aliorumque corporum, cœlestium, est mundus hic inferior, (ut ipse Averroës *comment. XVII L. I. de Cœlo* ait, quod & ex Aristotele *I. Meteor. c. II.* desuini posse videtur & in primis homo, tum quia is inter res sublunares citra controversiam est nobilissima, tum, quia alia illarum ad ipsum, tanquam ad finem referuntur, quod innuit Aristoteles *II. Phys. t. 24.* expressè autem & fusiùs docet. *I. Polit. c. IIX.* At si nullum aliorum, quæ sub Cœlo continentur, præstantius est Cœlo, certè non negandum videtur, hominem ipsi præstare. Augustinus *L. de duabus anim. contra Manich.* scribere non dubitat, muscam Soli esse præferendam. Quod si Solem & lunam cum illuminatione, distinctione temporum, & signis, quæ præ-

præstant
esse quã
do huic

Finis est

I. de
quod bo
pter ipse
sed non
αὐτὸς γὰρ

*βίβλεται
βέλητον
que Poe
finem, c
ultimum
mum.*

Poëtam
eum hab
scilicet
mur. Su
extremo
sa finali
Pæd. 7.
quemad
e. rur
vita vo
*κα, sive
nim ut*

præstant, comparemus, dicimus & hæc meliora esse quàm illa, non absolutè, sed nobis vel mundo huic inferiori, propter quem facta sunt.

REGULA III.

Finis est ultimum. II. Phys. t. 23. II. Met. t. 8.

I. sed non omne ultimum est finis, verùm id, quod bonum, quodque ita expeditur, ut aliud propter ipsum expetatur. Mors enim ultimum est, sed non finis, id est, causa finalis. Διὸ καὶ ὁ ποιητῆς γελοίως παρεήχηται εἶπέν.

ἔχει τέλος τὴν, ἧς ὡς δὲ σκοπὸν ἐγένετο.

Ὁρίζεται γὰρ ὁ πᾶν εἶναι τὸ ἔχαπεν τέλος. ἀλλὰ τὸ βέλτερον scribit Aristoteles t. 23. L. II. Phys. ideoque Poeta ridiculè adductus est, ut diceret, habet finem, cuius causâ genitus erat. Non enim omne ultimum meretur nomen finis, sed id, quod est optimum. Reprehendit nimirum hic Philosophus Poëtam, quod loquens de aliquò defuncto, dixit eum habere finem, propter quem natus sit, quasi scilicet mors sit causa finalis propter quam nascimur. Sumitur quidem & nomen τέλος & finis pro extremo sive ultimo alicujus rei, quod tamen causa finalis non sit, quâ ratione apud Xenophontem Pæd. 7. dicitur ille, qui moritur, τέλος ἔχειν, quemadmodum & Rom. VI. 21. τέλος malorum est mors. Et Cicero, & alii mortem finem vitæ vocant; Sed ut τέλος est idem quod τὸ ἐγένεκα, sive causa finalis, sic mors non est finis. Non enim ut moriamur, nascimur, aut vivimus.

II. Verùm hîc objicitur: Finis alius ultimus est, intermedius alius, ut vel ex *I. Eth. c. I. & IX. Metaph. t. 16.* constat. E. noni omnis finis est ultimum.

III. Resp. finem intermedium esse ultimum, non simpliciter, sed respectu præcedentium mediolorum, quorum est finis. Et cum ex *cit. t. 16. L. IX. Metaph.* constet, finem intermedium finem quidem esse, ultimum tamen esse magis finem, non mirum est, illi quoque *quod ultimum esse non ita simpliciter convenire.*

REGULA IV.

Finis est principium.

Ita Aristoteles, *IX. Metaph. t. 14. I. Eth. c. XII.* & alibi. Est enim causa. At omnes causæ principia sunt, *V. Metaph. c. I.* Sed hæc Regula cum præcedente adversis frontibus videtur pugnare. Omne enim principium est primum, ut dicitur *locò jam cit.* Sed primum & ultimum è regione sibi opponuntur. Et licet hanc dirimet, & utramque Regulam illustriorem & explicatiorem reddet subsequens.

REGULA V.

Finis est primum in intentione, & ultimum in executione.

I. Ita vulgò. Ex Aristotele *III. Eth. c. II.* potest ita formari: *Finis est primum ἐν τῇ ἀναλογίᾳ, ultimum ἐν τῇ γυνέσει.* Duplex est ordo: unus in actibus intel-

intellectu
posito ve
principio
vel reips
proposito
reipsa de
do inten
dat, qua
num exp
illud.

quate au
tegrisa
tionis,
lontas f
pter fine
xtu 49.
nit, qu
mover
Etus pra
petitur
pro uno

II.
onis &
unum p
quidem
enim fi
enim e
sterius
nem.

intellectus, qui tunc servatur, quando aliquod pro-
 positum vel cognitio, progredimur ad cognitionem
 principiorum ejus, ex quibus id constituitur,
 vel reipsa dependet. Est enim *ἀναλύειν*, aliquo
 proposito ad principia, ex quibus generatur, aut
 reipsa dependet, procedere. Huic respondet or-
 do intentionis dictus, & ad actus voluntatis spe-
 ctat, quando nimirum, dum plura expetuntur, u-
 num expetitur prius, alterum posterius & propter
 illud. Finis est prior mediis ordine *ἀναλύσεως*,
 quatenus media nobis non innotescunt, nisi an-
 tegrèsā finis cognitione; est prior ordine inten-
 tionis, quatenus primò omnium intentio vel vo-
 luntas fertur in bonum, posterius autem & pro-
 pter finem in media. Hi duo ordines fundatur te-
 xtu 49. L. III. de anim. interque eos ex asse conve-
 nit, quoniam *cujus est appetitus*, h. e. quod primò
 movet appetitum, *est quoque principium intelle-
 ctus practici*, ut ibi habetur; & quod posterius ap-
 petitur, posterius quoq; cognoscitur. Hâc de causâ
 pro uno ordine quodam modò eos hîc habemus.

II. Alius autem est ordo, qui dicitur executi-
 onis & *γενέσεως*, quum rem ipsam aggredimur, &
 unum prius alterò facimus aut acquirimus, & hîc
 quidem ordo priori planè est contrarius. Sic
 enim finis est ultimum, & media priora. Quod
 enim efficitur aut acquiritur per alia, id illis po-
 sterius est, quantum ad effectiōnem vel acquisitiō-
 nem. Sed finis efficitur vel acquiritur per media.

Ergo est Posterior mediis, quantum ad effectio-
nem vel acquisitionem. Habetur ista doctrina
quoque II. *Phys.* t. 89. ubi dicitur, finem esse ἀρ-
χὴν ἐκ τῆς πράξεως, ἀλλὰ ἔ λογισμῶν:

III. Occham II. q. III. a. I. & Gabriel Biel II.
d. l. q. V. nobis hic facessunt negotium, & ad a-
lia progressuris iter impediunt. Quorum sententiam
ut ponamus & examinemus, præmittendum
I. esse secundum eos aliquid, quod ita ametur,
ut amorem ejus non antecedit alius amor, vel a-
lius actus voluntatis, quo non existente illud non
ametur, & hoc dicunt amari amore amicitiae: es-
se etiam, quod diligatur, ita, ut amor ejus gignatur
ab alio amore vel actu voluntatis prævio, qui
si non sit, non diligatur, vocantque hunc amo-
rem concupiscentiae. II. Præmittendum, id, quod
priori modo sive amore amicitiae amatur,
ipsis esse propriissimè causam finalem, hoc ipso
scilicet, quod ejus amorem non præcedat alius a-
mor; id autem, quod amatur amore concupiscenti-
ae, effectum quidem ultimum, non tamen cau-
sam finalem, nisi in latiori quâdam significatio-
ne, sed potius medium esse. V. g. Qui ambulat,
aut medicamenta à Medico præscripta sumit sa-
nitatis gratiâ, & à seipso, & à medico amatur a-
more amicitiae, & simpliciter & propriissimè finis
ambulationis aut medicationis. Sanitas autem
amatur amore concupiscentiae, & non est ita pro-
priè, sed tantum in latiori significatione causa fi-
nalis.

IV.

IV. J
ctum, q
in inten
alterius
xecution
executio
tem, & q
dicunt e
executio
ta, ut eo
autem e
ejus am
mor per

V. E
stituitur
efficiend
nitas res
nis cui
quiritur
tuenda.
re amic
tem, qu
dem qu

VI. I
xempli
re alicu
modab
hanc fi
simus e
fitam &

IV. Jam statuunt, ægrum & quodlibet subiectum, quod amatur amore amicitia, esse primum in intentione, quia amor ejus non presupponit alterius rei amorem, sed non esse ultimum in executione, quod non efficiatur aut acquiratur per executionem, sed jam ante existat. Sanitatem autem, & quicquid amamus amore concupiscentia dicunt esse quidem ultimum in executione, quod executione efficiatur & acquiratur, & quidem ita, ut eo effecto aut acquisito cesset executio; non autem esse primum in intentione, propterea, quod ejus amor non sit primus, sed eum antecedit amor personæ, ex quo nascatur.

V. Ex t. 35. & 37. L. II. de animâ duplex constituitur finis, *cujus* & *cui*, Finis *cujus* est id, cujus efficiendi vel acquirendi gratiâ aliquid fit, ut sanitas respectu ambulationis & medicationis. Finis *cui* verò est id, cui alter finis efficitur aut acquiritur, ut homo, quatenus ipsi sanitas est restituenda. Finis, quem dicunt hi autores diligi amore amicitia, ferè est idem quod finis *cui*; ille autem, quem amore concupiscentia diligi ajunt, idem quòd finis *cujus*.

VI. Perspicitur id adducto & sexcentis aliis exemplis. Quod si quispiam ea fortassis discrepare alicubi deprehenderit, nihil id nostræ incommodabit disputationi. Volui verò distinctionem hanc finium afferre propterea, quòd commodissimus ejus sit usus ad refellendam modo propositam sententiam.

VII.

VII. Primò ergò finem *cujus* non esse propriè finem, dogma est à Philosophiâ Aristotelis alienissimum, & per se falsum. Certè plerumque Aristoteles, quando de causa finali tractat, aut rerum causas finales assignat, de fine *cujus* loquitur sicut vel mediocriter in ejus scriptis versato manifestum est. Et sanè dubio procul id est finis, & quidem ultimus, vel causa finalis propriissime dicta, quod per se amatur, & reliqua propter ipsum ex *II. Met. c. II. & I. Eth. c. II.* cum ipse Gabriel. *l. c. dist. XXXVIII. q. un. not. I.* asserat, hanc esse descriptionem finis ultimi & propriè dicti. At sanitas v. g. quæ est finis *cujus*, per se amatur, & propter ipsum cætera, nempe omnia ea, quibus utimur, ut æger convalescat. Posterius certissimum est, & extra controversiam. Prius quoque patet, quia sanitas in se & per se, sive ratione sui, est nobis bona & conveniens, (non sic medicina, ut potio amara non ratione sui nobis bona est, sed ratione valetudinis, ad quam recuperandam conducit.) Ergò etiam per se & ratione sui est amabilis. Quid, quod Aristotel. de fine ultimo τὸν πρακτικὸν *L. I. Eth.* disputans, asserit, eum esse, non hominem, sed opus quoddam hominis nempe operationem animæ rationalis &c. At hic finis est *cujus* non *cui*. Loqui autem eum de fine ultimo & propriissime dicto, patet ex principio *cap. cit. lib. I. Eth.* ubi eum sic describit, quod sit id, ὃ δι' αὐτὸ βυλόμεθα καὶ μὴ δι' ἕτερον, τὸ ἀλλὰ

λα ὃ δι' αὐτὸ
pter alme
bis ultimo
mi, ex ipse

Mor. c. I.

HIX. Se

finem cui

cujus. Q

sub inten

tis & non

sens, sed

ipsis, cum

de nulla

antegressi

mum in i

tentio sa

ne subjed

IX. R

II. & Me

licet fine

men con

nira prop

seorsum

hibentur

Finis

Mea

λα

λα ἢ ἄλλο τῶτο, quod propter se volumus, & non propter aliud; alia vero propter ipsum. Quibus verbis ultimum & propriissimè dictum finem exprimi, ex ipso Gabriele jam audivimus. Vide I. Magn. Mor. c. III. & I. Eiusdem c. I.

IIX. Secundò, nec id conceditur, quod dicunt finem cui esse primū in intentione, & non finem cuius. Quin finis cui planè non videtur cadere sub intentionem. Est enim intentio boni absentis & nondum habiti. At finis cuius non est absens, sed existit ante operationem, fatentibus illis ipsis, cum quibus jam nobis controversia est. Uade nulla est consequentia: Amor sanitatis nititur antegresso amore subjecti; ergò sanitas non est primum in intentione. Sequeretur fortassis, si intentio sanitatis oreretur ex antecedente intentione subjecti.

IX. Rectè quoque Suarez disp. Met. XII. f. II. & Mendoza de animâ disp. III. f. II. disputant, licet fines cuius & cui distinguantur, ex illis tamen constitui unum integrum finem. Neque enī nira propter sanitatem seorsum ab homine, neq; seorsum à sanitate propter hominem remedia adhibentur, sed propterea, ut homo sit sanus.

REGULA VI.

Finis non habet modum aut mensuram.

REGULA VII.

Media habent modum & mensuram.

RE

PARTIS PRIMÆ.
REGULA IX.

Finis dat modum, mensuram & ordinem mediis.

I. Dexterius hæc conjunctim exponuntur, quàm si de unoquoque seorsum agatur. Desumpta autem sunt ex I. Pol. c. II. X. & IX. & VII. Pol. c. I. & IV. Ita sanitatem tanquàm finem sine modo & mensura & expetit æger, & restituere ipsi nititur Medicus, nempe quanta maxima esse potest; medicamenta verò expetuntur & exhibentur certâ mensurâ & quantitate, ea nimirum, qua sanitati recuperandæ solent esse idonea. Sic & in propinandis remediis certum observat ordinem Medicus, v. g. priùs digerit humores & præparat, quàm medicinam purgantem præscribat, quia sic faciliùs & commodius expelluntur.

II. Facit Philosophus *cit. L. I. Polit. χρηματιστικὴν*, rationem vel artem rei parandæ duplicem unam καὶ φύσιν, quam dicit esse *ἑστὴν* τεοφὴν, unde & alimentaria à nonnullis vocatur: alteram οὐ φύσιν, quam & *καπηλικὴν*, cauponariam appellat. Illa refert divitias ad benè vivendum, & ideirco, eas quarit non ut finem, sed ut instrumentum & medium ad illum finem, eâque de causa divitias parat non infinitas, sed tantas, quantas sufficere censet ad benè vivendum, ἐδὲν γὰρ ὄργανον ἀπειροῦ οὐδεμιᾶς ἐστὶ τέχνης οὔτε πλήθους οὔτε μεγέθους. ὁ δὲ πλοῦτος ὄργάνων πλήθος ἐστὶν οἰκονομικῶν καὶ πολιτικῶν. Nullam enim cuius artis instrumentum infinitum est, nec multitudine,

nec

nec magnitudo instrumentum

III. Al

sunt diviti

ὁ δὲ πλοῦτος

τὸ ὄργανον

τέλος εἰς αὐτὴν

ποιεῖν. Τῶν

γὰρ τὸ τέλος

ἡσυχίας οὐκ

ἔστιν ἡ ἀρετή

que ex hac

ars medendi

quæque ad

mè efficere

infinitè per

hujus artis

IV. A

entia. Na

enim ut fa

& ipse & i

V. II.

tur, & hu

cum stud

vivendi i

stituant.

tunt.

hoc agunt

tias tanq

augere st

nec magnitudine. Divitiæ autem sunt multitudo instrumentorum domesticorum & civilium.

III. Alterius verò *χηματιστικῆς* speciei finis sunt divitiæ. καὶ ἀπειροῦ δὲ οὐτὸ οὐ πλοῦτος, ἔστι δὲ τῆς τῆς χηματιστικῆς. ὡς πρὸς γὰρ ἡγιασμένη τὸ ὑγιαίνει εἰς ἀπειρὸν ἔστι, καὶ ἐκάστη τῶν τεχνῶν ἔχει τέλος εἰς ἀπειρον. οἱ μάλιστα γὰρ ἐκεῖνο ἐύλονται ποιεῖν. τῶν δὲ πρὸς τὸ τέλος ὅσα εἰς ἀπειρον πέρασ γὰρ τὸ τέλος ὡς αἰσῖς. οὕτω καὶ ταύτης τῆς χηματιστικῆς ὅσα εἰς ἔ τέλος πέρασ. Atque hæc divitiæ, que ex hac rei querenda arte, infinitæ. Ut enim ars medendi ad sanandum infinitè fertur, & ars etiam ad finem infinitè (hanc enim quam maxime efficere volunt.) Ea autem que ad finem non infinitè petunt, (omnibus enim finis est terminus) sic & hujus artis querenda rei finis nullū habet terminū.

IV. At certè istis videtur reclamare experientia. Nam sanitas non expeditur εἰς ἀπειρον. Fit enim ut sanitati perfectè restituatur æger, ita ut & ipse & Medicus acquiescat.

V. II. Sunt, qui solius vitæ cupiditate ducuntur, & huc omnia referunt. Sunt quorum unicum studium est benè vivere, sed ita, ut optimam vivendi rationem in voluptatibus corporis constituent. Utrique divitiæ in infinitum appetunt. Illi enim cū æternū vivere cupiant, hoc agunt, ne quid vitæ tuendæ desit, & sic divitiæ tanquàm vitæ viatica necessaria in infinitum augere student. His, quia pecuniis procurantur

voluptates corporis, quarum nullum faciunt modum, ideo ipsarum pecuniarum cupiditas immensa est, ut docet ipse Philosophus *cit. cap. IX. L. I. Polit.* Ergò non tantùm finis, sed & mediòrum appetitus infinitus est.

VI. Ad primum ut respondeamus, intelligere oportet, quid sit appetere vel ferri in aliquid *εις ἀπειρον*, quod fortassis non ita in expeditò est. Philosophus eùm dixisset, medicinam ad sanitatem, & quamlibet artem ad finem suum infinitè ferri, rationem addit hanc, quòd quàm maximè finem cupiant efficere vel acquirere. Quod Piccartus in *comment.* ita exponit, quod hoc agant artes, ut sine suo optimò & perfectissimo fruatur, sicut & medicina non acquiescat, donec optimè reddiderit sanum corpus, quod susceperit. Nec diversa ab his Montecatini explicatio esse videtur.

VII. Est igitur hìc aliquid in infinitum appetere, (*ως καὶ ὅλας εἰπεῖν*) non ita appetere, ut quantumcunque ejus affectus quis fuerit, semper tamen plus appetat, & nunquàm quiescat; sed est, rem appetere eà quantitate & perfectione, quantà obtineri aut effici potest maximà. Et constat isto modo oppositio inter finem & medià. Media enim appetimus copià & quantitate certà & determinatà, & sæpè admodum exiguà, non quantà ea parari possibile est, eamque determinationem medià fini acceptam ferunt. Hoc enim est

est, quod
num ar
certà reg
scribitur
quantop
possunt
est exer
Quòd per
cesse esse
mur, qu
nim deb
quendo

III.

eo, sine
cunque
men ex
afferent
est, sed i

IX.

lophi
dicina
tantum
tum, q
Sic de
ciajolu
cent.

X.

sunt, q
in certa

est, quod Philosophus scribit, finem esse terminum artibus, quatenus nimirum eo, tanquam certâ regulâ & mensurâ, cætera mensurantur, præscribiturque illis modus, ut tantoperè quarantur, quantoperè adjuvare eum terminum ac finem, possunt, sicut exponit Montecatinus. Res evidens est exemplo sanitatis & medicamentorum §. I. Quò pertinet, quod dicitur *III. de anima r. 57.* necesse esse, ut in deliberatione omnia unò metiamur, quòd finis est, aut à fine sumitur. Omnia enim debent in hoc convenire, quòd sint consequendo fini idonea.

IIX. Dixi (*ὅς καὶ ὅλως εἰπέιν*) quia non inficias eo, finem ita posse in infinitum expeti, ut quantumcunque ejus quis consecutus fuerit, nunquam tamen exfacietur, sicut patebit ex iis, quæ inferiùs afferentur. Verùm, si verum id est, non perpetuū est, sed in nonnullis tantum contingit.

IX. Alii, ut testatur Acciajulus, exponunt Philosophum de infinito in multitudine, quòd medicina apperat producere non unam sanitatem, tantum, sed aliam atque aliam usque in infinitum, quatenus medicinæ sit sanare in infinitum. Sic de aliis facultatibus. Sunt vebra apud Acciajolum. Sed de hâc expositione alii judicent.

X. Verùm adhuc obstat, quòd multæ artes sunt, quæ id, quòd finis locum in ipsis obtinet, in certâ & determinatâ quantitate & conficiendum

dum sibi proponunt, & faciunt, & non quantum possunt inaximum, ut testantur frenum, navis, quæ sunt fines artium, τῆς χαλινοπητικῆς & τῆς ναυπηγικῆς.

XI. Respondetur, fines esse duorum generum, quidam sunt res per se expetendæ, ut sanitas, quidam sunt χεῖρματα tantum, quorum esse totum, in usum aliquem & ulteriorem finem refertur, qualia sunt ea, quorum s. preced. facta est mentio, quæ licet respectu certarum artium sint fines, absolutè tamen loquendo organa sunt, & media ad alium finem, quæ Regulâ nostrâ non comprehendit Aristoteles. Expressè enim ille, ἔδεν ὄργανον, inquit, ἀπειρον ὁδουσίας ὄρι τέχνης, ὅτε πωλύθη, ὅτε μεγέθει; quemadmodum §. II. vidimus. Et quanquàm frenum & navis non sint organa nominatarum artium, sunt tamen aliarum. Pulcherrimus est Locus c. IV. L. VII. Polit. Præterea verò aliquis est, etiam civitatibus magnitudinis modus, quemadmodum & aliarum rerum omnium, animalium, plantarum seu arborum, instrumentorum justa magnitudo est. Etenim unumquodque horum neque si nimis pusillum sit, neq; si magnitudinis modum superet, potestatem aut vim suam incolumem conservabit, sed interdum naturâ suâ profusorbatum erit, alias nullam utilitatem afferet. Exempli causâ: navigium palmi quidem minus longitudinem non superans, aut usq; ad duorum stadiorum longitudinem perrectus, non erit omninò navium;

gium; ad modo pro dinem na ejusd. Τα γανόν π. Ελαίτην πῆς ἔχου ΙΙΧ. Fidi. Cùm ergo diuina & modi m effectio est, cert Eadem

XII. loqui d perunt jucund talia est bona au τούτω t non qu rant, a amara, ipse Ph III Qu exlatia compa non à r

giam; ad quandam verè magnitudinem progressum, modo propter parvitatem, modo propter magnitudinem navigationem reddet incommodam. Et c. I. ejusd. Τα μὲν γὰρ ἐκτὸς ἀγαθὰ ἔχει πέρας ὡς αὐτὸ ὀργανόν τι. πᾶν δὲ χρῆσιμον εἶναι, ὡν τὴν ὑπερβολὴν ἢ ἐλάττωσιν ἀναγκαῖον, ἢ μηδὲν ἰφελῶς εἶναι αὐτῶν πῶς ἔχουσι. Et rationem evidentem habet *Regula IIX*. Finis enim dat mensuram & modum mediis. Cùm ergò frenum v. g. absolute loquendò, sit medium & instrumentum alterius artis, & ut hujusmodi medium & instrumentum ab arte, quæ ab effectione ejus nomē sortita est, efficiatur, necesse est, certò modò & quantitate sive mensurâ effici. Eadem ratio navis & aliorum est.

XII. Ad II. fortassis dici potest, Philosophum loqui de iis, quæ ex præscriptò rectæ rationis expectantur: quemadmodum aliàs, cùm de bonis & jucundis, eorumque appetitu loquitur, ea ἀπλῶς talia esse docet, quæ ille, qui sanâ ratione utitur, talia esse censet, quæ autem κακῶς διακρίνει bona aut jucunda esse judicat, non ἀπλῶς, sed πούτω talia esse scribit, eò modò, quò alba sunt, non quæ ab iis, qui oculorum invaletudine laborant, alba; & amara, non quæ à febricitantibus amara, sed quæ à sanis talia esse judicantur, sicut ipse Philosophus docet *L. III Eth. c. V. & L. X. c. III*. Quod autem sunt, qui voluptatibus corporis extatiari nequeunt, sed & eas & pecunias, quibus comparantur, infinite sectantur, id certum est non à rectæ, sed depravatæ rationis judicio prove

nire. Idemque sentiendum de iis, quorum vendi cupiditas nullam moderationem in congerendis opibus admittit. Cui responsioni patrociniatur, quod & in aliis id observandū veniat. Nempe ut alvus evacuetur, medicamentum expetitur in certâ quantitate, rhabarbari v. g. drachma. Quæ mensura certè determinatur intuitu sanitatis à rectò iudiciò hominis, eorum, quæ ad medicinam pertinent, periti. Poterit enim evenire, ut æger istarum rerum penitus rudis inconsultus Medico eò deveniat dementiæ, ut sibi afferri jubeat rhabarbari aut alterius medicinæ libram aut ultra, arbitratus, quo plus ejus devorârit, eò valentior & aptior fore ad sanitatem ægroti recuperandam.

XIV. Verùm dubitationum nondum finis est propterea, quod is, qui veritatis investigationi & studio sapientiæ se penitus consecravit, non tantum scientiam, tanquam finem, sed & instrumenta, quibus comparatur, ut libros, infinitè expectere videatur: hunc autem appetitum à depravata ratione proficisci, quis dixerit?

XV. Esto hoc ita. An respondendum, bifariam fieri posse, ut finis in infinitum expeatur: I. ut appetitus ille reverâ finitus sit, sicut & res, in quam fertur, dicatur tamen infinitus, quod re expeatur in summâ suâ perfectione: quo modo sanitatem suprâ infinitè appeti diximus. Reverâ enim sanitas, etiam perfectissima, nec actu nec

potentiâ
peratâ a
appetitu
sed poter
Physicor
nem in i
do scienti
ti & earu
voluptat
ad eas re
lit: quai
ptus fue
quin mu
eorum e
gitur pe
petitus e
finitu ex
sis prob
Quanci
ci possit
quantit
quaten
tur, à fi
XV.
non po
Reg. p
mensur
XV.
aliqua
po-

potentiâ aliquid infinitum, est, fitque ut eâ recuperatâ appetitus acquiescat. II. Ut finis ejusque appetitus sit infinitum quid, non quidem actu, sed potentiâ, ad eum modum, quo *Libro III. Physicorum* numerum, aut II. *de animât. 41.* ignem in infinitum augeri posse docetur: quô modo scientiâ & voluptates infinitæ dici possunt, sicuti & earum appetitus, quoniam quantumcunque voluptatum corporearum ceperit is, qui omnia ad eas refert, semper restat, quo ulterius frui velit: quantumcunque quoque scientiæ quis adeptus fuerit, nunquàm tamen tantum acquisivit, quin multa supersint, quæ cum adhuc ignoret, eorum quoque cognitionis sit cupidus. Hoc igitur posteriori modo, quando finis ejusque appetitus est infinitus, mediorum appetitum in infinitum extendi, nihil videtur absurdi esse, & fortassis probatur argumentis §. V. & XIII. propositis. Quanquàm fortassis hîc media etiam definita dici possint, non positivè, quasi cum certo modo & quantitate exspectantur, sed negativè, ut ita dicam, quatenus hoc ipsum, quod sine modo appetuntur, à fine habent, & non ex se.

XV. Sed objicis I. Quod non habet mensuram, non potest dare alteri mensuram, ut constat ex Reg. præced. E. finis non est id, quod non habet mensuram.

XVI. II. Nonnunquàm Studiosis tantum pars aliqua eruditionis, eaque exigua in operatis est,

ad quam si pervenire possint, nihil amplius se de-
sideraturos ajunt.

XVII. Resp. in primò argumento Major et
falsa; siquidem potest dare aliquid alicui, quod
ipsum non habet formaliter, ut manifestum est in
causis æquivocis, quæ de re suprâ *Disp. V. Reg. II.*
Ita & albedo, tanquàm forma, dat parieti, ut sit
albus, cùm tamen ipsa non sit alba.

XVIII. Ad secundum: In illo casu eruditio
non finis est, sed potiùs rationem mediæ habet ad
sustentationem vitæ, aut aliquid aliud. quemad-
modum non rarò tantùm sibi solùm optant eru-
ditionis, quantum satis esse existimant ad hoc ve-
illud minus obeundum.

XIX. Atq; hæc sunt, quæ circa propositas tres
regulas commentari volui. Si rem acu non teti-
gi, benevolè monenti aures commodare sum pa-
ratur.

REGULA IX.

Aquisitio sine cessat omnis actio

I. Sumitur est ex t. 55. L. I. de ort. & inter. exi-
tis nimirum verbis: ἢ δὲ ἔστω πρὸς τὴν οὐκ ἐπιγ-
νεται, ἀλλ' ἐστὶν εἶδη, τὰ δ' εἶδη ἔτα τέλη ἐξείας ἀνά-
Cum habitus ipsi adsunt, nihil præterea fit, sed jam
est: formæ autem atq; fines habitus qui deorsum sunt.

II. Sed non videtur esse verum, Liquia curatio
vulneris non cessat a deo vel habitò ejus sine,
quoniam homo vulneratus est finis curationis,
nempe finis cui: at quando Chirurgus habet hu-

jusmo-

jusmodi
abest, u

III.

sed poti

IV.

id nanc

ret, ista

rit, min

non qu

rum aff

hanc o

V.

iis, qua

quisito

quiritu

diis, eo

per se e

quater

rendus

iis, qui

dum r

VI.

tum se

tio eni

quisito

VII.

quidq

requæ

ei obe

plius se de
Major et
cui, quod
stum est in
V. Reg. II.
rietis, ut
eruditio
habet a
quemad
pant eru
ad hoc ve
ofitas tre
non reti
e sum pa
nter. ex
dix. è π. y.
gic. ars.
e, sed jam
n sunt.
a curatio
us sine
rationis,
habet hu
jusmo-

jusmodi hominē fidei suæ conereditum, tantum
abest, ut cesset curatio, ut rñm demum incipiat.

III. II. Gaudium & delectatio non expirant,
sed potius oriuntur acquisito fine.

IV. III. Ejus, qui ambit aliquod officium, & ut
id nanciscatur, nulli parcat operæ, finis est, ut pa-
tet, ista functio. Quod si voti compos factus fue-
rit, minimè ei licet esse otioso, mandato munere
non quietem, sed laboris plurimum & molestia-
rum afferente, juxta illud: Spartam nactus es,
hanc orna.

V. Dicimus, Regulam esse intelligendam de
iis, quæ respiciunt finem ut acquirendum. Ac-
quisito fine nihil amplius eorum fit, quibus ac-
quiritur, qualia sunt intentio, consultatio de me-
diis, eorumque electio, & usus &c. Quæ certè res
per se evidentissima est. Finis enim acquisitus,
quatenus est acquisitus, non est amplius acqui-
rendus. E. neque eo acquisito locus amplius est
iis, quibus acquiritur, vel quæ ipsum ut acquiren-
dum respiciunt.

VI. Et hinc jam patet responsio ad argumen-
tum secundum & tertium. Gaudium & delecta-
tio enim hoc ipso, quod oriuntur ex fine jam ac-
quisitò, eum ut acquirendum non respiciunt.

VII. Qui ex voto admotus est officio, nihil
quidquam eorum ulterius facit, quæ faciebat, an-
tequam esset consequutus: sunt autè alia plurima
ei obeunda negotia, sed quæ non spectant ad offi-

cium adipiscendum, sed ad alium finem, ut nimirum voluntati domini satisfaciatur, neque committat, ut querelæ de se ad ipsum deferantur.

IX. Sic curatio vulneris est medium, non quod Chirurgus obtineat, ut vulneratus ipsi detur in manum, sed spectans ad restituendum eum sanitati; quæ quoad curatio durat, perfectè acquisita vel recuperatâ non est.

IX. Ex quò illud etiâ intelligitur, ad veritatem Regulæ non sufficere præsentiam finis cui, sed necesse esse, ut finis cuius quoq; præstò sit. Atque ita responsum etiam est ad argumentum primum.

REGULA X.

Finis, qui est opus, melior est fine, qui est opus.

I. Aristoteles cum *I. Eth. c. I.* finium differentiam hanc tradidisset, quod alii sint *ἐνέργειαι* vel *πράξεις*, operationes, alii *ἔργα* opera, docet, opera esse meliora ipsis actionibus.

II. Quod quidem accipiendum esse de eadem re, verba eius perspicue ostendunt. Ita enim habent: *ὅτι εἰσὶ τέλη τινὰ τῶν πρὸς τὰς πράξεις, ἐν ταῖς βελτίω πέφυκε τῶν ἐνεργειῶν τὰ ἔργα.* *Quarum rerum fines quidam sunt præter actiones, in his sunt opera actionibus meliora.*

III. Certè si diversarum rerum fines sumamus ita ut finis unius sit operatio aliqua, alterius opus, non semper opus esse finem meliorem actionis, res ipsa loquitur. V. g. Philosophiæ moralis finis

finis est
quæ præ
IV.

nimirum
est. U
& dom
IX. M
ficiend

V.
Potest
vis eni
men e
l. mod
perati
esse m

CH

finis est beatitudo, nempe operatio animi &c. quæ profectò antecellit operi futuri, calceo.

IV. At quando unius rei fines duo sunt, opus nimirum aliquod præter actionem, opus melius est. Ut rectè dicimus, τῆς οἰκοδομικῆς finem esse & domum, & ipsam οἰκοδομῆσιν, ædificationem, IX. *Metaph. r. 16.* At domus præstat ipsi actui ædificandi.

V. Philosophus nullam adjecit probationem. Potest afferri hæc: Opus est finis actionis. Quamvis enim & ipsa actio finis alicujus sit, tendit tamen etiam ad alium finem, qui est opus. Unde *l. modo cit.* opus magis finis esse dicitur, quàm operatio. Finem verò iis, quæ ad finem tendunt, esse meliorem, suprà *Reg. II.* vidimus.

Disputationum Philosophicarum

NONA

continens

REGULAS V.

circa doctrinam

CAUSÆ FINALIS

RESPONDENTE

publicè

CHRISTIANO CHEMNITIO,

Geithenfi Misnico.

P 5

RE-